



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 34. Altercatio de modo conficiendi Decretum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

saecul. XV.  
A. C. 1439.

sibi salvum peteret, parum abfuit, quin Imperatore discessum meditante, desperatum propemodum fuisset unionis negotium. Nihilominus paucis ex post diebus Græcorum Prælati circa hunc quoque articulum de Pontificis auctoritate in hanc convenere sententiam: *De primatu Papæ; fatemur ipsum summum Pontificem, & procuratorem, locum gerentem, & Vicarium Christi, pastorem, & Doctorem omnium Christianorum, regentem & gubernantem Dei Ecclesiam, salvis privilegiis & juribus Patriarcharum Orientis, & Constantinopolitanum quidem secundum esse post Papam; deinde Alexandrinum, post hunc esse Antiochenum; postremo Hierosolymitanum.*

§. XXXIII.

*Græcorum consensus in omnes hosce articulos.*

Igitur cum Papa Eugenius & Cardinales huic Græcorum declarationi acquiescerent, communi omnium voce sancitum est, ut postera dies decreto unionis conscribendo consecraretur.

§. XXXIV.

*Altercatio de modo conficiendi Decretum.*

Verum adhuc alii difficultatum scopuli erant superandi. Primo quippe lis move-

Pontificis  
ne agita  
ud diffi  
tifex ge  
pecciam  
finitio  
triarcha  
ut libera  
Synodis  
, & Pe  
omnibus  
ultra in  
Græcor  
tamen  
rea n  
, ac p  
Pontificis  
mino ab  
tamen  
Pontificis  
ne Imp  
ais a Pa  
t, Papa  
Romæ  
Provin  
partibus  
Verum  
us suum  
sibi

1439  
1439  
1439  
1439  
1439

Sæcul. XV. movebatur, cujusnam nomen Decretum  
 A. C. 1439 unionis præfigi deberet: Latini Pontificis  
 nomen præponendum edicebant, Imperator  
 contra contendebat, hanc prærogativam deberi. Tandem habita  
 Conc. Flor. to. 13. p. 506. ultro citroque altercationibus res eum  
 modum composita est, ut nomen Imperatoris  
 exprimeretur, his tamen additis verbis: *Consensu Serenissimi Imperatoris, & Patriarchæ Constantinopolitani, ceterorumque Patriarcharum.* Altera quæstio concernebat modum, quo Papæ privilegia indicarentur; Latini enim scribi postularunt quod *illa habeat Pontifex juxta determinationem Sacræ Scripturæ, & dicta Sanctorum.* Displicuit Imperatori hæc accipiendi forma, exclamans: *An si in Sanctorum in Epistola honorat Papam, accipiet hoc pro privilegio?* Propter hæc significavit Pontifici, ut vel ista verba corrigeret, vel necessaria ad Græcorum reditum pararet. Papa his verbis commotus inquit: *Qua Imperator affectus ecclesia hoc dixerit, valde miror, & misit ad eum Cardinalibus ab eo sciscitatus est: Unde melius possit habere primatum, quam scriptis Sanctorum?* Verum Imperator hæc verba minime sibi probari, constanter afferens, illa addi voluit: *juxta tenorem Canonum.* Papa, quamvis ægre admodum Imperatoris tamen voluntati cessit. Cessit autem Archiepiscopus Russiæ, & Bezarion

tion Nicænus anathema in eos, qui huic <sup>Sæcul. XV.</sup>  
 decreto refragarentur, fulminari postula- <sup>A. C. 1439.</sup>  
 rent, Trapezuntinus Archiepiscopus, &  
 Protosyncellus fortiter obluctati sunt, eo-  
 rumque sententiæ Imperator quoque ac-  
 cessit.

## §. XXXV.

*Nonnulli ad consiciendam decreti for-  
 mam nominati.*

Tandem post colloquia admodum fre-  
 quentia, in quibus dissidentium ani-  
 mos in unum cogere, non parvi erat ne-  
 gotii, quædam literarum unionis forma  
 concepta fuit, quæ etiam perfecta de-  
 mum communi utriusque partis consen-  
 su approbata est. Ergo ex tribus illis  
 Synodi Ordinibus quatuor nuncupantur  
 Delegati, qui concordie hujus Bullam  
 instruerent. Horum prima classis Cardi-  
 nales, Metropolitæ, & Episcopos, secun-  
 da, Ordinum Generales, Abbates, atque  
 Religiosos, tertia demum Doctores, alios-  
 que Ecclesiastica dignitate conspicuos,  
 complectebatur. Integro octiduo insuda-  
 tum est huic operi, cum singulis diebus  
 bina vice in unum convenirent. Deni-  
 que in Congregatione Generali die quar-  
 ta Julii Bulla præsentibus summo Ponti-  
 fice, & Imperatore perfecta, & universali  
 omnium applausu approbata est, quam &  
 biduo post in postrema Latinorum, atque  
 Græ-